Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



tibi munera. Respondit q̄ uir dei
ad regem. si dederis michi mediam
p̄tem domus tue nō ueniam tecum
in domum tuam neq̄ comedam pa
nem neq̄ bibam aquam in loco isto
sic enī mandatum est michi in sermo
ne domini p̄cipientis non comedes
panem neq̄ bibes aquam nec reuer
teris p̄uiam qua uenisti. Abiit ergo
p̄ aliam uiam et non est reuersus per
iter quo uenerat in bethel. p̄phetes aūt
quidā senex hītabat in bethel ad quē
uenerunt filii sui ⁊ narrauerunt ei oī
opa que fecerat uir dei in illa die in
bethel. ⁊ uerba que locutus fuerat
ad regem. ⁊ narrauerunt patri suo. et
dixit eis pater eorum. p̄quam uiam
abiit. ⁊ ostenderunt filii sui uiam p̄
quam abierat uir dei qui uenerat d̄
iuda ⁊ ait filiis suis. sternite michi
asinum qui cum strauissent ascend̄
⁊ abiit post uirum dei ⁊ inuenit eum
sedentem subter terebinthum ⁊ ait
illi tu ne es uir dei qui uenisti d̄ iuda
Respondit ille. ego sum. Dixit q̄ ei
Veni mecum domum ut comedas
panem. Qui ait. non possum reuerti
neq̄ uenire tecum. nec comedam te
cum panem nec bibam in loco isto a
quam quia locutus est dominus ad
me. in sermone domini dicens nō co
medes panem ⁊ nō bibes aquam ibi
nec reuerteris p̄uiam qua ieris. qui
ait illi. ⁊ ego propheta sum similis
tui. ⁊ angelus domini locutus est mi
in sermone domini dicens. reduc eū
tecum in domum tuam ⁊ comedat
panem ⁊ bibat aquam. fefellit eum
et reduxit secum. comedit ergo pa
nem in domo eius. ⁊ bibit aquam.

Cumq̄ sederent ad mensam factus
est sermo domini ad p̄phetam qui red
uxerat eum. ⁊ exclamauit ad uirum
dei qui uenerat de iuda dicens. Hec dic
dominus. quia inobediens fuisti ori
domini. ⁊ quod precepat tibi domin⁹
deus tuus nō custodisti. ⁊ reuersus es. ⁊
comedisti panem ⁊ bibisti aquam in
loco. in quo precepit tibi ne comedes
panem neq̄ biberes aquam. nō infe
retur cadauer tuum in sepulchrum
patrum tuorum. Cumq̄ comedisset
⁊ bibisset. strauit asinū suū p̄phetā quē
reduxerat qui cum abisset inuenit
eum leo in uia ⁊ occidit eum. ⁊ erat ca
dauer eius p̄iectum in itinere. asin⁹
aūt stabat iuxta illum. ⁊ leo stabat
iuxta cadauer. ⁊ ecce uiri transeūtes
uiderunt cadauer p̄iectum in uia. et
leonem stantem iuxta cadauer ⁊ uene
runt ⁊ diuulgauerunt in ciuitate in qua
p̄phetā senex hītabat. quod cum audisset
senex p̄phetā ille qui reduxerat eum de
uia. ait. uir dei est qui inobediens fuit
ori domini. ⁊ tradidit eum dominus
leoni. ⁊ confregit eum ⁊ occidit eum
iuxta uerbum domini quod locutus ē ei
Dixit itaq̄ ad filios suos. sternite mi
asinum. qui cum strauissent. ⁊ ille ab
isset inuenit cadauer eius proiectū
in uia. ⁊ leonem ⁊ asinum stantes iux
ta cadauer nec lesit asinū leo. neq̄ cōed
de cadauere. tulit ergo p̄phetes cadau
uiri dei ⁊ posuit illud sup̄ asinum. et
reuersus est in ciuitatem p̄phetes senis
ut plangerent eum ⁊ posuit cadauer eius
in sepulchro suo. ⁊ planxerunt eum. heu
heu mi frater. Cumq̄ planxissent eū
dixit ad filios suos cumq̄ mortuus fu
ero sepelite me in sepulchro in quo uir